

Colleg. or orvieds
I. N. J.

ATHASVERT FRITSCH, D.

Consil. Rudolft-Schvvartzb.

SYLLOGE

VARIORUM
TRACTATUUM

JURIS PUBLICI ET PRIVATI

DE

Monopoliis, Nundinis,
Palatiis Principum, Primariis precibus,
Viis publicis & Jure necessitatis.

EDITIO ALTERA


Priore auctior & correctior.




JENÆ,

Typis et Sumptibus GEORGI SANGENITÆ

Anno M. DC. LXVI.





ILLUSTRIS S. R. IMP. REIP. NORIMBERGENSIS
SEPTEMVIRIS, SENATORIBUS
AC SCHOLARCHIS,

VIRIS

MAGNIFICIS, PRÆSTRENUIS, NO-
BILISSIMIS, AC PRUDENTISSIMIS

DN. BURGHARDO Löffelholz/ à Kohlberg,
DN. CHRISTOPHORO Doerer/ in Unterburg/
DUUMVIRIS,

DN. GEORGIO CHRISTOPHORO Boehaim,

DN. PAULO Harsdörffer/

DN. JOANNI SIGISMUNDO Haller ab Hal-
lerstein.

DN. GEORGIO PAULO Im Hoff,

Ut Et

DN. GEORGIO SIGISMUNDO Fürer/ ab
Haindorff.

DN. GABRIEL Nützel/ in Sünderspiel.

DN. GEORGIO FRIDERICO Boehaim/
SCHOLARCHIS.



I. N. J.

COMMENTATIO
SYNOPTICA

AD
NOBILISSIMAM LEGEM UNICAM COD.

DE
MONOPOLIIS,

ANIMÆQUE LECTOR.



Um in illustri Salana Nobilissimi atq; Am-
plissimi JCrorum ordinis nutu ac beneficio magni
semper astimando, in sacra Themidis stadio, varia
juris exercitamenta, Commilitonum meorum gra-
tiâ intra privatos parietes per quadriennium fer-
mè instituerè liceret, & aliquando de monopoli-
is ediffertandi enata esset occasio, singulari studio inquirebam, num
forte inter tot tractatum myriades & hac monopoliorum ma-
teria sigillatim ac solide elaborata reperiri posset; sed hæcenus
frustrato inquisitionis labore desiderio meo satisfieri non potuit.
Id admirationi primùm fuit, insignem hanc atq; utilissimam ma-
teriam à Dd. esse neglectam, cum tamen de iisdem rebus non raro
decies immò compluries operosè dictum ac scriptum sit: sublisi ra-
men, cum tractationem hujus rei vel diligentissimum indagato-
rem latere posse crederem. Interim ea, qua de Monopoliis hinc
indè in Nostratum scriniis abscondita fuerunt, succisivâ & quasi
furtivâ operâ colligere, nunc verò, me ab uberibus nutricis meæ
Salana non ita pridem per fata abrepto, Dnn. Commilitonibus meis
communicare, opera pretium duxi, Ut verò &
semper

HEINRICI MEIBOMII

DISSERTATIO,

Super quodam antiquo & antiquato
Cæsarum Germanicorum jure in
decedentium majorum Prælatorum relictis
possessionibus.

NICOLAUS HENELIUS Silesiographia
cap. VI. pag. LXVI.

Defungentium Antistitum bona non Ecclesiis, neque co-
gnatis sed fisco regio, sive Camera cedunt: qua ob id
mortuo Abbate, vel Abbatisa, quam primum à fisco ob-
gnantur, & presente fisco advocato in Inventarium re-
diguntur. Idem olim jus Imperatores in Episcoporum & Abba-
tum mortuorum bonis mobilibus & se moventibus, quorum omni-
um fiscus heres erat, vel Camera Imperialis usurpaverunt: ut plu-
ribus docet Henricus Meibomius in peculiari super eo jure dis-
sertatione. Idque inde à Carolo Magno usq. ad Ottonem IV. qui
incertum sponte, an importunis Electorum Principum precibus,
verborumque lenociniis victus, in maximum succedentium præ-
judicium parum consulte id abrogavit, ut appareat ex Principum
Imperii scripto ad Innocentium III. Pontif. Rom. & post illud Fri-
derici II. Imp. aurea bulla, §. IV. Quorum tamen constitutiones
per omnia apud nos minimè receptæ.

DE JURE
INVESTITURÆ EPISCOPA-
LIS, IMPERATORIBUS ROMANIS
A PONTIFICIBUS

per vim & tyrannidem adempto

TRACTATUS

Auctore

HEINRICO MEIBOMIO.

Σ Υ Ν Θ Ε Ω.

EX quo Episcopi in Ecclesia esse cœperunt, electio eorum ad clerum & populum pertinuit, jam ab ipsis Apostolorum temporibus. Romani autem Imperatores, postquam abjectâ & ejuratâ religione Ethnicâ, filio Dei Jesu Christo fidem dederunt, sui se admo- nentes officii, nimirum, quod à supremo Monarchâ nutriti Ecclesiæ, ac primæ & secundæ legis divinæ custodes constitu- ti essent, Ecclesias superiorum ante se seculorum continuis iisque horrendis persecutionibus distributas dissipatasque rur- sus constituerunt, piosque & idoneos doctores passim in urbi- bus, opidis & vicis ordinarunt: certamina etiam dissensiones ab inquietis hominibus excitas, legitimis remediis, puta Syno- dis, tolli & componi curarunt. Disertè hoc scribit Socrates scriptor Ecclesiasticus cujus in præomio libri 5. hæc sunt ver- ba: *Ex illo tempore, quo Imperatores Christiani esse cœperunt, Ecclesie negotia ex illorum nutu penderè visa sunt, ea que a deo ma- xima*